



lun suum. et nihil faciant absq. licentiam epi in cuius parrochia habitant.

Item in eodem concilio. ut ep̄s uel qui libet ex clero. sine consilio uel licentia ep̄orum uel metropolitani non audeant regalem dignitatem pro suis causis clamare. sed in commune ep̄orum concilio causa eorū examine tur.

Item in eodem concilio. simul & in sar. dicense. nec non & in decreta sinocen. ut papae. ut nullus ep̄s in alterius parrochia ordinationes aliquas audeat efficere uel negotia pagere quae ad eum non pertinent.

Item in eodem concilio. ut ep̄s eius eccl̄ae curam habeat ad quā ordinatus ē.

Item in eodem concilio. nec non & in cal. donense. ut prouinciales ep̄i cum suo metropolitano bis in anno pp̄t. causas eccl̄iae concilia celebrent.

Item in eodem concilio. laudacense. nec non & in africano praecipit. ut monachi & clerici tabernaculis non ingrediantur edendi uel bibendicause.

Item in eodem concilio. ut a uespera usq. ad uesperā dies dominica seruetur.

Item in eodem concilio. ut ignota angelorū nomina. nec fingantur. nec nominant. nisi illos quos habemus in auctoritate. id sunt. michael.

Item in eodem concilio. quod non oporteat mulieres ad altare ingredi. gabriel. raphael.

Item in eodem concilio. ut ecclesiasticis disciplinis cedita. malefici. incantatores. uel incantatores fieri non sinantur.

Item in eodem concilio. nec non & in sar. dicense. quod non oporteat. in uallolis uel in agris ep̄os constituere.

Item in eodem concilio. ut canonici britanni legantur in ecclesia.